

no 299

OFFICINAE
IOANNIS RAVI-
SII TEXTORIS
EPITOME.

TOMVS PRIMVS.

*Opus nunc recens post omnes omnium editiones fidelissime
recognitum, & Indice copiosissimo locupletatum.*



L V G D V N I.

Apud Sebastianum Honoratum.

M. D. L X X I I.

INCVLPATISSIMO VI-
RO, SACRARVMQ. LITE-
RARVM PROFESSORI MERI-

*tissimo, D. Ioannis Boluaco, Niuerensi, Nasarren-
sium Grammaticorum Gymnasiarchae, Jo.*

Rausius Textor Niuerensis

S. D.

ERBQVENS fuit multis admiratio, vir inculpatissimeq; ego tuus alumnus, & prop̄e dixerim partus, tuis semper adiutus obsequiis, tuaque opera literis innutritus, neq; beneficium scriptis agnoscerem, neq; gratiam verbis ullis remetirer. Nec defuerunt, qui silencio meo tam diuturno inflatis etiā buccis & multo irascerentur stomacho, atq; hoc ipsum vitio verterent, dicerentq; me indignū de quo quisquam bene mereri debeat, quum vt causabantur, pleriq; expertes rationis animantes abhorreant ab huiusmodi nota. Nam & ciconia parentes à quibus vitam accepit, senio fessos nutrit & succollat, & glires suis genitoribus dum scruerunt, eadem succurrunt pietate, velut meritum refundentes. Alij item quibus eadē placebat sententia, conniciens me incessabat, & huiusmodi verbis alloquebantur: Næ tu es homo egregie malus Textor, dignusque multis plagis & cicatricibus, qui magno famæ tuz dispendio non agnoicis, per quē profeceris? Hic (de te loquabantur) te nutriuit à puerō. Et, vt inquit Simo Terentianus, fecit ex seruo vt esses libertus, & quod habuit summum preriū, persoluit tibi. Tu tamen pateris eius memoriā apud te frigescere, quē velut numen aliquod terrenū deberes suspicere & revereri, cuiusq; effigiē, si saperes, domi haberetis in larario, quū quicquid es, si quid saltē es, id totū sis eius officio, eiq; vitam cū doctrina referre debas acceptā. Adde quod magna est ambo bus affinitas, eadem utriq; patria, cuius ille flos est, & primū specimen, & in qua tanti sit ab omnibus, vt inhumanus habeatur & incivilis, qui transiunti compitatim non assurgit. Quānam ergo ratione maculā hanc elues? quoniam modo culpam deprecaberis, aut in quam excusationem reiicies delictum, si solus eum relinquas insalutatum, in quē omnes pleno ore certarim laudes cōgerunt? His illorū verbis quum aures mihi calerēt & circunsonarent, cœpit me pudere vita, & pœnitere negligentia. Parūm q; abfuit, quin ipse mihi poenam interrogauerim, sumptōque de meis Mufis supplicio, abortivas adolescentia meæ nugas Veneris marito deuouerim, vt cū Politiano loquar. Vbi tamen diu satis in ea pependi cruce, post longum tardium & animi mœrorem, discussis hinc inde rationibus tādē cognoui nihil esse, quod debarem tristari, aut affici pœnitentia. Quinetiā me multo prudētius egisse, quām si quid infra dignitatem tuam antea reposuissim. Præcedentia quidem argumenta iniiccebant mihi pudorem. Contra vero alia emerserunt omnino contraria, quæ postea suascrunt, vt non tantum non me pigeret nihil ad te scripsisse, sed ne in posterum quidem scribere. Considerauit in primis quām stulte agant, qui suis ineptiis illustrium virorum maiestatem contaminant, exemplo illius Chœrili, cuius scripta plus multò probri quām laudis pepererunt Alexandro. Quantum enim famæ parturiunt doctorum monumenta, tantum dedecoris afferre solent pœnitenda & viles indoctorum nugæ. Itaque si quid haçennus tibi nun-

M O R T E M Q V I S I B I
V A R I I S M O D I S C O N C I V E R V N T,

A V T S E A L I I S G O M M I-
serunt occidens.

LUCRETIA puella, raro Romæ castitatis lumen, a grāt̄ ferēs purissimum suæ pudicitiaz florem ab infami & turpissimo tyrano Tarquinio iuniori *Linius* Tarquinij Superbi, Romanorū propterea rega *lib. I.*, ultimi filio fuisse corruptū, & stepratū, impatus acceptæ iniuriæ palāsc occidit, fecitq., ut populus scelus vlcisceretur, & regū principatū excuteret. Cuius mortis quotiescūq; venit in mente, lacrymis nequeo tēperare, sed nec puellæ sauis misereri, aut stupratorē conuiciis ad saturitatē aspergere, ac deuouere. *Claudian. lib. I. in Eutropiū*, Visceribus fructu castū Lucretia ferrū Mersit. *Stroza pater lib. I.* *Erotiōn.* Vlt̄ nefas animo propriāq; Lucretia dext̄ra, inui&to curret clara pudore tibi. *Sabellicus.* Nec ferro occumbens casto traiecta crux Fōdasset patios moriens Lucretia vultus.

Lucretius poeta Physicus sumpto amitorio poculo, eō furoris *Celius* li- raptus est, ut manū sibi intulerit, natus annos plus paulò quadra *bro 9. cap. guita.* Quinetiam eo, priusquā moreretur, delirio, diu ante fertur *36. ¶ En* laborasse: neque ad scribendum carmen animum appulisse, nisi in *sebiss in* terfecta, interuallataque insania. *Politianus in Nutricia.* *Crimis.*

Nec qui phyltra babit, nimirumque insanus amore,
Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.

M. I. Brutus unus ex his, qui Cx farem xx 111. vulneribus in se- natu confoderūt, ab Augusto & Antonio lulij mortem vlciscen- tibus apud Philippos expagnatus, desperata iam victoria manū sibi intulit, inuante Stratone rhetore, anno suæ ætatis trigesimo, ne in manus inimicorum veniret. *Pamphilus Saxus:*

Se gladio fodat Brutus Cato fodit & ille,

Quem timuit Cæsar, quem coluere patres. Qui rei histo- riam audiens scriuerit, eat ad Plutarchum.

Portia filia Catonis, audita morte Bruti mariti apud Philippos interfici, feruum poposcit ad inferendam mortem. Quod quin amici recusarent, carbones hausit, & inaudito mortis genere vi- tam finiuit. autores *Plutarchus & Val. Max. Martial. lib. I. Epis.*

Coniugis audierit fatum quam Portia bruci,